

sigilla nostra presentibus sunt appensa, in testimonium omnium premissorum. Scriptum apud ecclesiam Swnd, anno Domini m^ocdij, infra octauam nativitatis beate Marie virginis, sub sigillis predictorum.

På frånsidan: Vprædha, n. b. lydt till Graby.

Sigillen: N. 1. Andligt med omskr.: s. PETRI KARULI; N. 2. Andligt med omskr.: HOLMSTANI ESBIT ...

383.

1403 d. 15 Sept.

Borrby.

Erkebiskop Jakob i Lund vidimerar ett af Johannes, abbot i Tommarps kloster, förevisadt bref, utfärdadt d. 12 Maj 1344 af riddaren Birger Torkilsson af Gladsax. (Se Sv. Dipl. V. N. 3784).

Orig. på perg. i K. Danska Geh. Ark.

Vniuersis et singulis ad quos presentes litere peruerenterint Jacobus, Dei et apostolica gracia archiepiscopus Lundensis, Suecie primas et eiusdem apostolice sedis legatus, continuam dilectionem in Domino cum salute. Ad noticiam omnium et singulorum presencium et futurorum deduci cupimus in hiis scriptis nos sub anno Domini m^oquadrungentesimo tercio, crastino exaltacionis sancte crucis, in curia nostra Borby, quandam literam apertam, per dominum Johannem, abbatem monasterii Tommarp, coram nobis et aliis quampluribus fide dignis protunc presentibus productam, veterem et aliquantulum corrosam, vidiisse et audiuisse, cuius tamen litere tenor totaliter legibilis exstitit et sequitur in hunc modum: Omnibus presens scriptum cernentibus Birgherus Thorkilsson de Glatsaxa miles etc. Nos igitur Jacobus archiepiscopus prenominatus in premissarum visionis et auditionis testimonium et euidenciam firmorem secreti nostri appensione presentes fecimus communiri. Datum anno, die et loco supradictis.

Sigillet saknas.

384.

1403 d. 20 Sept.

Linköping.

Notarius publicus Laurentius Sunonis, prest ifrån Linköpings stift, lemnar intyg angående den af fru Sigrid Udormsdotter, å väpnaren Birger Trolles vägnar, äskade undersökning rörande dennes börd, samt vidimerar det af domprosten i Linköping Thordö Andreæ i samma ärende utfordrade bevis, dat. d. 8 Aug. s. å. (Se ofvan).

L. Sparres afskriftsam. J. 5 i Sv. Riksark. pag 26.

In nomine Domini amen. Nouerint vniuersi hoc presens publicum instrumentum visuri, lecturi vel audituri, quod anno Domini mcd tercio, vicesima die mensis Septembris, hora nona vel [quasi], indiccione vndecima, pontificis sanctissimi in Christo patris ac domini Bonifacii, digna prouidencia Dei pape noni, anno quartodecimo, nobilis et honesta domina Sigridis Udormsdotter, in mei notarii publici [ac] testium subscriptorum presencia personaliter constituta in loco capitulari, in sacristia chori(s) prophetico et capitulo Lincopensis [!]: preposito et capitule Lin-